

DE IVDA ACCIPIENTE

corpus & sanguinem Christi, ut
Lucas euidenter te-
statur.

August. de baptis. contra Donatist. lib.
5. cap. 8. tom. 7. Sicut Iudas, cui buccellam
tradidit Dominus, non malum accipiendo,
sed malè accipiendo locum in se diabolo præ-
buit: ita indignè quisquís sumens dominicum
sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est,
malum sit, aut quia ad salutem non accipit,
nihil accipiat. Corpus .n. Domini & sanguis
Domini, nihilominus etiam erat illis, quibus
dicebat Apostolus: Qui manducat indignè,
iudicium sibi manducat & bibit.

Idem: Christus Iudam, cum sciret fu-
rem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit,
eig³ cum alijs Eucharistiam dedit.

Et lib. 9. contra Donatist. Fulgent. Iu-
das proditor bonum corpus percepit. Sed bo-
no bene non est vsus, ideo malus malè utendo
deletus est. Quibusdam est odor mortis in
mortem, quibusdam odor vitæ in vitam, sicut
& baptisma.

K 5

Idem